

COMVNES  
DOCTORVM  
IVRIS VTRIVSQUE  
CRIMINALES OPINIONES,  
VS V RECEPT AE.

Per D.Hippolytum Bonacossam I.C.Ferrarien.collectæ.

Ordine Alphabetico conscriptæ: omnibus, qui in iure foroq;  
iudicario uersantur, admodum necessarie.

CVM PRIVILEGIIS

Summi Pont. Inuictiss. Cæs. Regis Catholici, ac Senatus Veneti.

Num. Actu cap. 9 num. 247.

VIRTVTISIC




VENETIIS,

Apud Damianum Zenarum. M D LXXV.

L. SOC. TESSVS SALMVS EX BONO REGVM

CEDIT INVIDIA.





IURIS VTRIUSQUE  
STUDIOSIS  
HIPPOLYTUS BONA COSSA  
IV. V. T. D.  
FELICITATE M.



OLENT discipline legalis Conditores iuris utriusq; studiosi amantissimi.) Opus suum antequām in lucem exeat, alicui insigni viro, & virtutibus redimito dirigere, & dedicare. ne sine nomine quodammodo in cōspectu hominū appareat. Quorum vestigia sequens in præsentiarum vobis ego quoq; communes doctorum utriusq; iuris criminalis opiniones à me collectas dicare & consecrare decreui. Ego enim quoq; cumulaui, pendens ab ore alieno, ut mihi, simulq; ceteris quandoq; prodessem, excepti. Vos igitur rogatos esse velim, & obtestor per vestram in studiosos humanitatem, ut ita, ut humannissimi estis, & ut vobis per publicas functiones vobis li-

# COMMUNES OPINIONES CRIMINALES

D. HIPPOLYTI BONACOSSAE

Iurisconsulti Ferrarensis.

A



BIVRANS  
haeresim ante sententiam latam, modo non fuerit alias quoque de haeresi accusatus,

& post pænitentiam in eam relapsus, non modo mortis pœnam cuitat, sed etiam bonorum confiscationem, quamuis ipso iure à die commissi delicti sit imposita, ut est communis opinio, de qua Iul. Clar. in §. haeresis. uer. sed quero. in fi.

Abiurans unam haeresim, si in aliam incidat, relapsus uerè dicitur. communis est opinio. Bursat. consil. 7. num. 40.

Abiuganti prima uice hodie de necessitate Episcopus & inquisitor gratiā impartiri, & bona condonare tenetur, quinimmo omnes dignitates, & honores, ac pristina iuria recuperat, ut est communis opinio. Bursatus consil. 14. num. 33.

Abiurantis bona sibi & filiis dimittuntur, ut est communis opinio. Bursat.

conf. 7. nu. 32. Abolitio generalis delictorum ex decreto, uel statuto, non comprehendit crimen falsi, ut est communis opinio, de qua Iul. Clar. q. 59. uerbi. In huiusmodi.

Abolitione sequuta per transactionē, uel mortem accusatotis, potest iudex prosequi accusationem. Sed debet facere nouum procellum, & nouam inchoare instantiam, ex quo prima instantia per transactionem fuit perempta. Sed hodie contrariū seruatur, quia iudex potest prosequi sine novo processu. Clar. q. 58. uerbi. Et scias.

Abortum causans, debet puniri morte, si dolus adfuerit, si partus fuerit animatus, alias non, quia tunc punitur extra ordinem. communis est opinio. Clar. q. 68. uerbi. abortum communem dicit Soarez. uer. Abortui.

Absens non potest propter crimen, quod iphi absenti imputatur, diffinituē condemnari, ut est communis opinio. Nam de iure communis

A contus

D.Hypol.Bonacossæ.

nō presumitur mortuus ex uulnere.  
Clar.in §. homicidiū. uer. ceterum.  
& ibi alia, ad quæ me remitto pro  
breuitate.

Vxores plures habens punitur pena ca  
pitis. & est infamis. ut est cōis opin.  
Clar.in §. fornicatio. uer. dicitur ēt.

Vxor credens virum suum decessisse,  
qui longo ipē nagauit absens, de cu  
ius morte habuit certum nuntium,  
uel fama publica erat in loco, qd de  
cesserat, & alium in virū & maritata  
accipiat, non est adultera. ut est cōis  
opi. Cla. i §. fornicatio. ver. sed pone.

Vxor tenet redire ad virū suū ab hæ  
resi conuersum, nisi effecta esset mo  
nacha, uel uellet effici facta tñ sepa  
ratione ab ecclesia prius. ut est cōis  
opi. Cla. in §. hæresis. uer. item pp.

Vxor, quæ est facta sui iuris postadulte  
riū cōmīsum, poterit & debebit  
dote priuari, ēt ad instantiam mariti  
hæredum. qui dum uixit hoc igno  
ravit. & ita i practica seruatur. Rui.  
conf. 155.nu. 1. in 4.uol. & no. q. oc  
cidens uxorem, non potest illi succe  
dere, nec aliquod lucrum ex statuto  
consequi, & idem in quoenque a  
lio interfectore. Dec. conf. 525. nu.  
1. & seq.

Vxori illata iniuria, & eius uiro censem  
tur facta. ut est communis opi. Soa  
tez uer. uxori. nu. 121.

Vxor tenet alere virum bannitū de  
fructibus dotis, qui si non sufficeret  
etiam ex bonis paraphernalibus. ut  
est communis opin. Cla. ubi sup̄a.

Vxor transiens ad secunda uota perdit  
legatum sibi relictum, si castè uixerit.  
Ias. in l. fi. C. de indic. uiduata. tollē.  
Durans de arte testandi. tit. 6. caute  
da 39. cōem dicit. & si ex statuto de  
bet lucrari aliquid de bonis mariti,  
non compensatur cum legato sibi fa  
cto à marito, ut est cōis opin. Corra  
sius Miscellaneorum. t. c. 1. de quo  
Jo. Baptista Vezinus Toletanus in  
suo Aerario cōium op̄i. litera V. op̄i  
nione ult. impresto 1550. Mindonii  
opera excusso in Compostella.

Vxorem uerberare leuiter & ex iusta  
causa permittitur marito, ut est cōis  
op̄i. Clar. q. 56. uer. potest etiam.

Vxor debet ali à uiro, quando ipsa seor  
sum ab eo habitat eius culpa, quia  
est nimis seuus, & in comportabilis  
seu tenet concubinam. ut est cōis op̄i.  
de qua Cur. jun. conf. 328. nu. 7.  
& seq. in 3. uol. quando. f. ad eius in  
stantiam fuit admonitus ab eius cō  
sanguineis, ut concubinam dimis  
teret, & recusauit relaxare. Alias si  
non præcedente tali admonitione,  
& interpellatione uxor diuertit à  
marito, non debet ali aliquo pacto,  
ut per eum. Saluo iure addendi.

Laus Deo & Virginī Marī.

F I N I S.

VENETIIS, Apud Damianum Zenarum. 1575.